



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniae, 1654

S. Carolomannus, conf. S. Armogastus & Satorus MM. S. Sophia. 29. Mart.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

S. Carolomannus, conf. S. Armogastus
& Satorus MM, S. Sophia. 29. Mart.



Constantia in adversis.

Pia fides vivit inter fluctus, nec fran-
gitur. *Augustinus.*

Præsta quæsumus Dne, ut B Caro-
lomanni conf tui (BB. Armogasti &
Satori MM B Sophia) meritis exul-
tantes, æternæ quoque vitæ merea-
mur commercium. Per D, N, I. Chr. & C.
Ora pro Juventute, &

1. B. Carolomannus ex Rege Frã.
corum, humillimus Religiosus sub S.
Benedicti sanctissimã Regulã, in Cas-
sino monte latendo, ad infima mini-
steria & pecoris pastum se demisit.
Sed non sterili deuotione, siue solatia
spectes in hac vita, siue gloriam me-
lioris Regni, ad quod euocatus est glo-
riosus multo, quam ille profanus ab
aratro vel horto ad Imperium breui
perdendum.

2. S. Armogastus Comes, vnã cum
Saturo regiã domus procuratore ali-
isque, tempore vvandalicã persecu-
tionis sub Genferico in Africã, pro
confessione Catholicã veritatis mul-
ta & gravia perpeffus supplicia &
opprobria, cursũ gloriosi certaminis
impleuit.

3. B. Sophia Romana Martyr. sa-
pientiã æternã beanda sapienter in-
hæsit.